

## Caput II.

### De Logarithmis.

#### §. 45. Definitio.

In aequatione  $A^{\frac{k}{m}} = A^{\alpha} = b$ , numerus exponentium  $k$  et  $m$  vicarius  $\alpha$ , vocatur *Logarithmus* numeri  $b$ , i. e. Numerus ( $\alpha$ ) ambos exponentes  $\left(\frac{k}{m}\right)$ , potentiae nempe atque radicis, in numero quodam exponentiali  $\left(A^{\frac{k}{m}}\right)$  repraesentans, *Logarithmus* dicitur numeri ( $b$ ), qui numero illi exponentiali est aequalis.

Litera  $k$  non nisi numerum integrum, positivum vel negativum, vel zerum, notari, patet e §. 13.

Qua ratione ambo exponentes, potentiae nempe atque radicis, uno numero vicario construi possint, e §. 41 et seq. abunde patet.

Methodo ibi proposita mathematici exponentes illos compositos fractionibus de-

ci-